

Ursperg. 305. Vig. 3. tom. 209. Cent. 13. 730. Naucle- rus 795. Crantz. Mali Turingie lib. 2. Metropol. c. 14. Aus Electoris. Albericus de Rosat. in Diction. Electio Imper. Schord. de Elect. 877. Abb. Ursperg. 807. Praesertim. Specul. Saxon. lib. 3. art. 52. Germanos. Martinus Polonus 136. Regem. Charissimum in Christo filium nostrum Otto- nem Regem. Salesburgensem. Salzburchensem. De Salem. in Salem Ordinis Cisterciensis, Dioccef. Constantiens. Marcoaldu. Marquardus Pand. Collenus in Vita Frid.

XXXV. IDEM INNOCENTIUS III. [c. an. 1208. Roma.]

Absentes ad Electionem de Provincia sunt vocandi: & confirmatur Electio majoris & junioris partis.

Cap. 2. eod. tit. in iv. Compil. Perperam legitur, Præstetiam, cum nullum unquam fuerit talis titulus.

Oram dilecto filio tituli Sanctæ Pudenticianæ & Presbytero Cardinali: Et infra. Si vero utriusque partis fuerit cassata Electio, vos (fratribus omnibus qui fuerint in Provincia convocatis) quod majori & juniori parti eorum super predictis videritis complacere, per censuram Ecclesiasticam factis firmiter observari.

XXXVI. IDEM PARNESI EPISCOPO, & ejus Coniudicibus. [c. an. 1208. Roma in Insulubriam.]

Cassatur Electio partis majoris facta, contempta minori parte, etiam si unus solus non tamen jus eligendi devocatur ad minorem. H. d. secundum intellectum communem.

Cap. 2. eod. tit. in iv. Compil.

Bona memoria S. Cremonen. Episcopo in extremis agente, cum de convalescentia ipsius desperaretur, Cremon. Capitulum H. Canonium suum Regii Disciplinis Scholasticis insistentem, ad certum terminum in Vigilia Pentecostes pro futuri Electione Pontificis citari fecerunt. Et infra. Constituto autem dicto H. pro sua Electione & dilecto filio nostro I. pro Electione Archiepresbyteri coram nobis: Electionem ab ipso H. post Electionem Archiepresbyteri non cassatam, licet de viro multæ literaturæ, honestæ vitæ & claræ famæ, non tamen sine multa temeritate præsumptam, cum de priori nostrum deberet expectare iudicium, antequam procederet ad secundam, duximus irritandam; in penam interdicentes eidem contradictionis vocem, in primo consensu Capituli permanente. Electionem autem Archiepresbyteri (quamvis laudabile testimoniū perhibeat de ipso) iustitia exigente cassavimus: tum quia corpore dicti Episcopi nondum tradito sepulture, habuerunt de ipsa Electione tractatum contra Canonicas Sanctiones: tum quia inventus est H. fuisse contemptus, licet unus solus existeret; cum plus in talibus consueverit contemptus unius obesse, quam multorum contradicatio in presenti. Nec prædicta debet dici citatio vultus, quia cum Episcopi mortem prævenierint, temeraria nimis extitit: & ideo non potuit accere citatum.

al. archæ.

Verum secundum feriâ post Pentecosten dicto Episcopo etiam universa carnis ingresso, Capitulum antequam corpus illius esset traditum sepulture, absente Canonico memorato in quatuor de ipso Capitulo, & tres de Clero civitatis potestatem eligendi Pontificem contulerunt, expresso, ut minor pars illorum vii. sequeretur in Electione majorum. Habito itaque post mortem, sed ante sepulturam tamen ipsius Episcopi de futuri Pastoris Electione tractatu, cum vota illorum scinderentur in partes, quatuor in Archiepresbyterum, duobus in Archidiaconum, uno in alium consentientibus, tandem illo sepulto minoris partis arbitrio ad iudicium accedente majoris, eundem Archiepresbyterum concorditer elegerunt; cui Electioni Archidiaconus cum Capitulo & Clero civitatis nullo contrarietate consensit. Verum antequam postmodum Hu. & asserens se fuisse consentientem, ac propter hoc Electionem huiusmodi nullius fuisse momenti, quasi jus eligendi devolutum fuisset ad ipsum, pro se, prout potuit, Archidiaconum memoratum elegit.

XXXVII. IDEM. [an. 1208. Roma in Galliam.]

Non Monachus in Prælatum Regularem eligi non potest.

Cap. 3. eod. tit. in iv. Compil. Lexovien. al. Luxovin. P in C. Barbatia, istud fuerit attentatum.

Um ad nostram notitiam pervenisset, quod H. qui se pro Abbate Lexoviensi gerebat, non fuit ante Monachus quam electus: nos attendentes quod contra regulares traditiones illud fuerat attentatum: cum nullam spem vel promissionem habens, ut Abbas fiat, debebat monachari: Electionem de ipso factam curavimus irritare. PITH. Idem. Bisuntino Archiepiscopo & Suffraganeis ejus. Lexovien. V. Luxon. forte Luxoliens. Luxomen. Petri de Luxolio, Ord. S. Bened. Dioccef. Bisuntinae.

XXXVIII. IDEM Magistro C. Presbytero Cardinali Sedis Apostolicæ Legato. [an. 1208. Roma in Siciliam.]

In Abbatem eligi non potest nisi instructus in Regula Monachali.

Officii tui. Sanè nobis tuis literis intimati, quod cum Monasterium quoddam positum in medio nationis perverse, Pastore careret, Monachi de Electione Abbatis tractantes, cum non possent sui Ordinis idoneam invenire personam, in quemdam virum nobilem oculoneam direxerunt, per quem poterant melius defendari: & patrem adierunt ipsius humiliter postulantes, quod filium suum induceret, ut habitum susciperet monachalem: nullam patri de ipsius promotione fiduciam tribuentes: & patrem ad hoc induxit filium providam & discretum: qui effectus Monachus, fuit in Abbatem electus: cujus Electio exiit per Rectorem Maffenensem Apostolicæ Sedis Legatum, qui omnibus predictis interuit, confirmata. Cum autem idem filius paratus purgare se, quod nulla fuit ad hoc ambitione inductus: postulas edoceri, utrum dictus Legatus Electionem confirmare vel dispensare potuit, vel quod factum est stare possit: & utrum Electione cassata iterum valeat eligi in Abbatem? Nos autem consulationi tue taliter respondemus, quod cum ex his que incontinenti subsecuta sunt, ostendatur quod talis taliter non possit eligi in Abbatem, maxime pro eo quod antequam esset discipulus, voluit esse magister: Electionem illam irritam esse decrevimus & inanem. Verum postquam fuerit in Regula competenter instructus, (si urgens necessitas, & evidens utilitas ipsius Monasterii postulaverit) purgatione recepta, poterit in Abbatem assumi, ne Monasterium opprimatur incuribus malignorum.

Cap. 4. eod. tit. in iv. Compil.

Hic in quibusdam cul- gatis habetur dictio itam: que desit in manu. tum in aliis emendatoribus. al. in hmate.

al. decernimus.

XXXIX. IDEM. [c. an. 1210. Roma.]

Electio alius Canonica confirmatur, licet quidam Eligentium essent minori excommunicatione ligati.

Ulla quotidiana instantia. Et infra. Quia pro certo didicimus Electionem Canonice extitisse, ipsam autoritate Apostolica duximus confirmandam: supplementes de plenitudine potestatis, si quis in ea ex eo fuisse defectus, quod quidam interfuerint Electioni ejusdem, qui ex sola participatione, in simplicis excommunicationis laqueum inciderunt.

Cap. 5. eod. tit. in iv. Compil. Si quis in ea ex ea fuisset, &c. In C. Barbatia ita: Si quis in ea vel ex ea fuisset, &c.

XL. IDEM Magistro Maximo Notario nostro. [an. 1212. Signa Constantinopolim.]

Si Postulatio cum Electione concurrat, & misterus Postulatum est duplo major, & Postulatus est idoneus: Postulatio admittitur, rejecta Electione. Si vero minor, & hoc major pars Postulatum ignoraverit: Postulatio & Electio reprobandur. Si vero sciebant: Electus est idoneus, confirmatur Electio: & idem, si numerus Postulatum non est duplo major. Hoc dicit, intelligendo secundum quod continet ius Commune.

Cap. 6. eod. tit. in iv. Compil. Apoc. 4.

Scriptum est in Apocalypsi Joan. 2. quod in medio & in circuitu sedis erant quatuor animalia. Et infra. Sanè ad hanc Ecclesiam, scilicet Constantinopolitanam, duo animalia sunt vocata, utinam plena oculis, & alas habentia tenas, videlicet Eradiensis Archiepiscopus, & Plebanus Sancti Pauli de Venetiis, sicut per Procuratores tam Postulatum Archiepiscopum quam Eligentium Plebanum, fuit propositum coram nobis. Et infra.

Verum quia de his, que per assertionem Partium in iudicium deducta fuerant, nobis non potuit fieri plena fides: quamvis super his, que de numero dicta sunt Postulatum, per quoddam instrumentum publicum, necnon per confessionem Procuratoris adversæ Partis in iudicio factam, sed postea revocata, Pars altera assereret suam intentionem esse fundatam, causam discretioni tue duximus committendam: per Apostolicam Scripta mandantes, quatenus super his & aliis inquiras diligentissime veritatem, de meritis Electi & Postulati apud Venetias, ubi nati fuerunt & diutius conversati. De studiis autem Eligentium & Postulatum, & omnibus generaliter, que causam possunt intrinse, apud Constantinopolim, ubi huiusmodi Postulatio & Electio celebrata fuerunt. Et si Partes consenserint, procedas hoc modo: ut si consiterit de mutuo convenisse consensu, quod ad Electionem Patriarchæ septem admitterentur Præpositi sive per seipsos sive per alios, & duo alii ex parte Universitatis pro ceteris Conventualium Ecclesiarum Prælati: tunc tunc temporis Conventuales Ecclesias habuisse Prælatos, quod cum septem Præpositis & novem Canonicis, quos quidem Canonicos constat in Postulatione præfati Archiepiscopi convenisse, duplo majorem facerent numerum quam sexdecim Electores Plebani, tu vice nostra Postulationem admittas: nisi

que habes infr. eod. tit. cap. nihil est. Eradiensis.

sufficerent.

Vide I. r. §. postulat. ff. de postulando.

Lateranensi sub Inn. III. cap. 23.

Cap. 8. eod. tit. in iv. Compil. Vide Alfontum Castrum, lib. 3. cap. 2. de iusta hæret. punitione.

Vide I. qui estu, cum Gloss. ff. de vi publ. §. l. malum, §. vidua, ff. de verbor. signific. P in C. Barbatia ita: Si quis in ea vel ex ea fuisset, &c.

Cap. 9. eod. tit. in iv. Compil.

singulatum. l. voces.

adhibita. vel.

In eod. Barbatia ita: quasi per inspirationem S. Spiritus abique vitio, &c.

sub Innoc. III. c. 25.

Cap. 10. eod. tit. in iv. Compil.

nisi probatum fuerit Postulatio aliquid obviare de Canonicis Instituitis, quod promotionem ipsius debeat impedire: ac (Plebani Electione cassata) ipsum Archiepiscopum absolvas a vinculo, quo Eradien. Ecclesie tenetur: concedendo ipsum Constantinopolitanæ Ecclesie in Pastorem. Quod si ad faciendum duplo majorem numerum simul omnes predicti minime sufficerent: sive dignus sive indignus fuerit postulatus, tu postulatione repulsa, Electionem Plebani autoritate nostra confirmes: dummodo nihil obstat eidem, quod ipsum tanto Præfultu reddat indignum. Si vero numerus Postulantium inventus fuerit duplo major, quemadmodum prædictum est, & persona postulata reperta fuerit indigna; tu tam Postulationem, quam Electionem non differas reprobare: Nisi forsitan omnes, aut major pars Postulantium, præsumptione damnabili postulerint scienter indignum, ut hac vice merito debeant eligendi vice postulandi potestate privari. Et hoc quoque casu Electionem confirmes, si eam de persona idonea consiterit celebratam.

PITH. Scriptum. Cent. 13. 981. Blond. 6. Decad. 2. Antonin. §. 1. 103. Cuspian. in Baldum. Sabellic. 6. Eam. 9. c. ad decorem, de insti. Eradiensis. Glycas, 346. Gregor. 77. lib. 6. Nicephorus. Eradiensis. Eradiensis.

XL. IDEM in Concilio generali. [an. 1215. Roma.]

Si illi ad quos spectat Electio, negligunt eligere Prælatum Cathedralis vel Regularis Ecclesie infra tres menses; proximis Superior Ecclesiam ordinabit: quod si infra tres alios menses non fecerit, canonice punietur.

NE pro defectu Pastoris, gregem Dominicum lupus rapax invadat, aut in facultatibus suis Ecclesie viduata grave dispendium patiatur: volentes in hoc etiam occurrere periculo animarum, & Ecclesiarum indeminutibus providere, Statuimus, ut ultra tres menses Cathedralis vel Regularis Ecclesie Prælati non vacet. Infra quos, (iusto impedimento cessante) si Electio celebrata non fuerit; qui eligere debeant, eligendi potestate careant ea vice. Ac ipsa eligendi potestas ad eum, qui proximo præfate dignificatur, devolvatur. Is vero, ad quem fuerit devoluta potestas, Deum pre oculis habens non differat ultra tres menses cum consilio Capituli sui, & aliorum Virorum prudentium, viduata Ecclesiam de persona idonea ipsius quidem Ecclesie, vel alterius, si digna non reperitur in illa, canonicè ordinare: si Canonicam voluerit eligere ultionem.

XLII. IDEM in eodem. [an. 1215. ibid.]

Per aliquam de tribus formis hic contentis, scilicet Scrutinii, Compromissi, & Inspirationis, procedi debet ad Electionem in Ecclesiis Cathedralibus; aliter Electio celebrata non valet: & contra factientes privandi sunt ea vice potestate eligendi. Hoc dicitur utque ad §. Innd.

Quia propter diversas Electionum formas, quas quidam invenire conantur, & multa impedimenta proveniunt, & magna pericula imminere Ecclesiis viduatis; Statuimus, ut cum Electio fuerit celebranda, presentibus omnibus qui debent, & volunt, & possunt commode interesse, assumantur tres de Collegio fide digni, qui secreta & sigillatim vota i cunctorum diligenter exquirant, & in scriptis redacta mox publicent in communem: nullo prorsus appellationis obtaculo interjecto: ut is collatione habita eligatur, in quem omnes, vel major & minor pars Capituli consentit. Vel saltem eligendi potestas aliquibus viris idoneis committatur: qui vice omnium, Ecclesie viduatae provideant de Pastore. Aliter Electio facta non valet: nisi forte communitè esset ab omnibus, quasi per Inspirationem abique vitio celebrata. Qui vero contra præscriptas formas eligere attentaverint; eligendi ea vice potestate priventur.

Interdicit procuratorem in Electionis negotio constitui, nisi concurreant hic contenta usque ad §. Electiones. Abbas Siculus.

1. Ilud autem penitus interdiximus, ne quis in Electionis negotio procuratorem constituat, nisi sit abiens in e loco, de quo debeat advocari, iustoque impedimento detentus venire non possit: super quo, si opus fuerit, fidem faciat juramento; & tunc si voluerit, uni committat de ipso Collegio vicem suam.

Præcipit Electiones solemniter publicari, & clandestinas reprobari. H. d. usque ad finem. Abbas Siculus.

2. Electiones quoque clandestinas reprobamus, statuentes, ut quam cito Electio fuerit celebrata, solenniter publicetur.

XLIII. IDEM in eodem. [an. 1215. Roma.]

Consentientis Electioni de se factæ per abusum Potestatis secularis, effectus intelligibilis ad Dignitatem; & Electio est nulla. Eligentur autem a Beneficiis per triennium suspendantur, & tunc sunt privati potestate eligendi.

Quisquis 68 Electioni de se factæ per secularis Potestatis abusum consensit præsumptè, contra Canonicam libertatem; & Electionis commodo careat, & intelligibilis

Part II.

fiat, nec absque dispensatione ad aliquam valeat eligi potest. Dignitatem. Qui vero Electionem huiusmodi, quam ipso jure irritam esse censemus, præsumpserint celebrare; ab Officiis & Beneficiis penitus suspendantur per triennium, eligendi tunc potestate privati.

PITH. Quisquis. Epist. Innoc. pag. 10. 17. 38. Maffon. Philipp. 272. 255.

XLIV. IDEM in eodem. [an. 1215. ibid.]

Si Prælati per negligentiam confirmaverint indignum Electum ad regimen animarum; perdit potestatem confirmandi primum Successorem, & a perceptione proprii Beneficii suspenditur, & promotus desicitur: si vero per malitiam hoc fecit; gravius punitur. Electi vero immediate subiecti Papa, per se aut per personas instructas debent adire Papam, & petere confirmationem. Et si sint Electi in concordia & valde remoti, videlicet ultra Italiam constituti, interim administrant; ita tamen, quod nil alienent: benedicantur autem & consecrantur prout consueverunt.

In eodem Conc. Lat. sub Inn. III. cap. 26.

Nulli est quod Ecclesie Dei magis officiat, quam quod indigni assumantur Prælati ad regimen animarum. Volentes igitur huic morbo adhibere necessarium melalem, irrefragabili Constitutione sancimus, quatenus cum quisquam ad regimen animarum fuerit electus; is, ad quem pertinet ipsius confirmatio, diligenter examinet & Electionis processum, & personam Electi: ut cum omnia ritè concurrerint, manus ei confirmationis impendat: quia si fecerit, manus ei confirmationis impendat, non solum deiciendus est in indignum, verum etiam indignè promovendus puniendus. Ipsum quoque decernimus hac animadversione puniri, ut cum de ipsius consisteret negligentia, maxime si hominem insufficientis scientiæ, vel inhonestæ vitæ, vel atatis illegitime approbaverit; non solum confirmandi primum Successorem illius careat potestate, verum etiam (ne aliquo casu pœnam eludat) a perceptione proprii Beneficii suspendatur, quoties (si æquum fuerit) indulgentiam valeat promereri. Si vero convictus fuerit in hoc per malitiam excessisse, graviori subjaceat ultioni.

1. Episcopi quoque procedunt, qui commissum sibi officium dignè valeant adimplere, si & ipsi Canonicam sui confirmationem officii, ejus se consecuti (si commode fieri potest) personaliter repræsentent, aut personas transmittant idoneas, per quas diligens inquisitio super Electionibus & Electis possit haberi: ut hic demum per ipsius circumspeditionem consilii, sui plenitudinem officii allequantur, cum eis nihil obstitit de Canonicis institutis: ita quod interim valde remoti, videlicet ultra Italiam constituti, si electi fuerint in concordia, dispensativè propter necessitates Ecclesiarum & utilitates, in spiritualibus & temporalibus admittantur, sic tamen ut de rebus Ecclesiasticis nihil penitus alienent. Munus vero benedictionis, seu consecrationis recipiant, sicut hæcenus recipere consueverunt.

Cap. 11. eod. tit. in iv. Compil. Vide Concil. Trid. sess. 6. c. 1. & sess. 7. de reformat. c. 3. & sess. 23. de reform. c. 1. Adde Alfontum Castrum, lib. 3. de iusta hæret. punitione, cap. 5. Vide I. si constat, & ibi Bart. ff. de appellat. & in cap. cum super. in Gl. 1. de causa poss. & propp. al. dignum.

2. al. dignum. sibi officium dignè valeant adimplere, si & ipsi Canonicam sui confirmationem officii, ejus se consecuti (si commode fieri potest) personaliter repræsentent, aut personas transmittant idoneas, per quas diligens inquisitio super Electionibus & Electis possit haberi: ut hic demum per ipsius circumspeditionem consilii, sui plenitudinem officii allequantur, cum eis nihil obstitit de Canonicis institutis: ita quod interim valde remoti, videlicet ultra Italiam constituti, si electi fuerint in concordia, dispensativè propter necessitates Ecclesiarum & utilitates, in spiritualibus & temporalibus admittantur, sic tamen ut de rebus Ecclesiasticis nihil penitus alienent. Munus vero benedictionis, seu consecrationis recipiant, sicut hæcenus recipere consueverunt.

PITH. In spiritualibus. c. acacritia. de Elect. in 6.

XLV. HONORIUS III. Capitulo Constantinopolitano. [c. an. 1219. Roma Constantinopolim.]

Expensa necessaria, quas facit Capitulum pro Electione Prælati, de bonis Prælati debent fieri, vel reddi.

UT præterita. Et infra. Præfatum autoritate statimus, ut expensæ necessariæ, quas Capitulum Constantinopolitanum, vel ejus Nuncii, vacante sede, pro Electionis negotio fecerint, de bonis Patriarchatus fiant totaliter, vel reddantur: Dummodo ipsi bona decedentis Patriarchæ non occupent vel usurpent.

al. & reddantur.

Constitutionis decessa materia, futuris litigiis occasio amputetur. PITH. Cap. Constantinop. c. 31. de verborum significat.

Ur præterita. Cent. 13. 983. Bona decedentis Patriarchæ. Constitutio Constantinopol. 64.

XLVI. IDEM Electo Lugdunensi. [imò Lundeni, c. an. 1222. Roma in Daniam.]

Electio post collationem ex intervallo celebrata non valet. H. d. secundum opinionem magis communem.

Um post petitam instantè, & demum obtentam, quondam Lugdunensis Archiepiscopi cessionem, vota Canonicorum Lugdunensium in te tunc ipsorum Præpositum concorditer convenissent: Quia tandem examinatum (sicut decuit) processu Electionis tuæ, invenimus eam post publicationem consensuum, & collationis tractatum, aliquamdiu fuisse proractam, assensumque tuum priusquam electus fueris requisitum; Electionem eadem (ex ipso dumtaxat inordinato processu) iustitia cassavimus exigente.

al. tuam. Vide auth. de hæred. & sal. §. inordinatum, col. 1. & v. 11. q. 1. nihil.

PITH. Lugdunensis. V. Lugonensis. V. Ecoludensis. V. Londen. cap. 1. de renunciat. Lugdunensis. Londenensis, Paris, 418. Malmesb. 110.